

natus, n. 1 l. 43 tit. 2 part. 5.—potest petere à debitorē, quòd det sibi fidejussorem, quando per Principis privilegium fuit sibi ad solutionem data prorogatio, n. 2 l. 55 tit. 18 part. 5.—an et quando teneatur probare pretium fuisse conversum in utilitatē civitatis, ecclesie, vel minoris, per n. 5 l. 59 tit. 18 part. 5.—cùm debitum sibi ab aliquo in alium transferre vult, an illud sibi dicere debeat, an debitoris voluntas spectetur, n. 2 l. 64 tit. 18 part. 5.—si habet generalem, et specialem hypothecam bonorum sui debitoris, si possit, ex illa re specialiter hypothecata consequi debitum suum, an ex generali hypotheca possit agere contra secundum creditorem habentem in aliis rebus specialem hypothecam, n. 9 l. 70 tit. 18 part. 5.—Et quid si creditor ageret contra emptorem dominum tertium possessorem, an talis emptor possit ei objicere quòd agat prius contra bona sibi obligata, ibidem.—Creditor an compellatur facere instrumentum liberationis à debito, n. 1 l. 81 tit. 18 part. 5.—Creditores cum faciunt debiti quitationem, à quibus verbis generalibus caveri debeant, et an debeant compelli in refutatione ponere generales clausulas, et liberationes generales, et quando, n. 2 l. 81 tit. 81 part. 5.—Creditor debet compelli, ut debitori reddat instrumentum debiti, non obstante quòd det ei instrumentum quitationis ipsius, ibidem n. 5.—si jure se amisisse instrumentum debiti, an per istud juramentum tantum amissio probetur, n. 7 l. 10 t. 19 part. 5.—qui instrumentum debiti amisit, qui ideo petit refectioem, quid sit agendum, si etiam fuerit amissum protocolum, ibi n. 8.—an et quando gravetur onere probandi debitum non fuisse sibi solutum, si instrumentum penes debitorem invenitur, n. 2 l. 11 ibi.—habens rem pignoratam sibi ab aliquo, si passus sit debitorem de ea agere, et ipse victus fuit, an sententia contra debitorem lata creditori præjudicet, n. 8 l. 20 t. 22 part. 5.—Creditori an sint dandæ res meliores debitoris pro satisfactione debiti, n. 2 l. 5 tit. 27 part. 5.—Creditor vendens, an possit fidem habere de pretio, n. 5 l. 46 tit. 28 p. 5.—si rem habuit in pignore, et ab alio usucapiatur, an ipse propter hoc jus suum amittat, n. 2 l. 17 tit. 29 p. 5.—si cum haberet rem in pignore, dominus illam sibi furavit, et alteri vendiderit, an emptor illam usucapere possit per longum tempus, n. 2 l. 27 ibidem.—Et an istud procedat hodie, cum creditor contra tertium possessorem agere non possit, nisi debitore excluso, ibidem.—Creditor cui secundario fuerat res obligata, an debitori mortuo illum per 50 annos præscribat, ibi n. 7.—donando debiti instrumentum, an illius videatur sibi dare possessionem, et quando, n. 1 l. 8 tit. 50 part. 5.—si vendat usufructum quem habet in pignore jure crediti, an illud facere possit, et an talis usufructus ad dominum reverti possit, n. 5 l. 14 tit. 51 part. 5.—si bona majoriæ alienet, ut sibi debitum à testatore recuperet, an et quando talis alienatio teneat: et an propter hoc ipse vel possidens majoriam in aliquam poenam incidat, n. 1 quæst. 11 l. 10 tit. 26 part. 4.—mutuare videtur, si debitori jusserit pecuniam altero numerare, n. 2 per text. l. 2 tit. 1 part. 5.—qui aliquid mutuavit sine additione termini, quando mutuum repetere pos-

sit, n. 6 per text. ibi, dict. l. 2.—qui civitati aliquid mutuavit, quando repetere possit, et quando non, n. 6 et 7 per text. ibi, l. 5 tit. 1 part. 5.—Et quid si utiliter à principio gestum sit, sed illa utilitas non duravit, dict. n. 7 in fin.—Creditor si mutuaverit filiofamilias aliquid, an ab eo, vel à patre ipsius, vel à suo fidejussore, repetere possit; et quid si illud sibi interrogavit, et ipse mentiendo dixit se patremfamilias, n. 1, 2, 5 et 6 per text. ibi, l. 4 tit. 1 part. 5.—Et quid si ex justa causa credit illum patremfamilias, licet non interroget, an excusetur; dict. n. 6.—Et quid si causa bona sit, et justa, vel ipse creditor cognoscat illum esse filiumfamilias, et sciat quòd mentitur, ibi n. 8.—Creditor, qui filiofamilias existenti in studio aliquid mutuavit, si sciat illum non studere, an patrem illius sibi obliget, ibi n. 9 l. 6.—Et quid si ex justa causa aliquid filiofamilias fuit mutuatum, perdidit, vel luserit, an ex hoc pater obligetur, vel non, n. 5, 9 et 10 ibi.—Creditor si noluerit accipere debitum in tempus sibi oblatum, an in solutione reguletur secundum valorem rei temporis oblationis, et moræ, n. 2 l. 8 tit. 1 part. 5.—post biennium, non obstante exceptione non numeratæ pecuniæ, exhibet instrumentum vel cautionem, quam habet contra debitorem, et quid de jure canonico, n. 6 l. 9 tit. 1 part. 5.—si ante biennium ei opponatur, quòd pecuniam non numeravit, illud probare tenetur, alias liberabitur debitor, ibi n. 7 per text. ibi.—Quod procedit, etiam si instrumento renuntietur exceptio non remuneratæ pecuniæ, ibi, n. 8.—Creditores habentes hypothecam in bonis alterius præferuntur aliis omnibus, habentibus privilegia personalia, n. 5 l. 9 t. 5 part. 5.—Creditor, qui sub pignore nummos dedit, an possit apponere in contractu, quòd si res pignori data intra certam diem non fuerit redempta, pro vendita sibi habeatur, et quando pactum istud valeat, quando verò non, n. 1 cum aliis ibi, l. 41 per text. ibi tit. 5 part. 5.—Et quid si debitor nullo pignore constituto cum debitore paciscatur, ut sit ad certum tempus non solverit, talis res debitoris sit empta debitori pro debito, an tale pactum valeat, vel non, ibi n. 5.—Et quid si pactum factum sit cum fidejussore, ut pignus pro indemnitate datum, sit ipsius fidejussoris, si illum ab obligatione non extraxerit, an tale pactum valeat, dict. n. 5.—Creditor si cum non haberet jus distrahendi, pignus vendidit, an dominus pignoris venditionem possit ratificare, et agere possit ad pretium re adhuc non usucapta, vel perempta, et quid si usucapta sit, n. 6 l. 54 tit. 5 part. 5.—Creditores tenentur pannos suorum debitorum excutere à tinæis, n. 1 l. 12 per text. ibi, t. 8 p. 5.—Creditor an possit stipulare, ut plus sibi reddatur, quàm dedit, nomine interesse pecuniæ, qua caret illam mutuando, n. 2 l. 31 t. 11 p. 5.—qui habet plures fidejussores, si admonitus per unum ex eis, ut aliquem ex fidejussoribus conveniat in parte sua, cum dubitatur eum effici non solvendo, si tunc illud non fecerit, an illud sit postea in ipsius damnum, vel aliorum fidejussorum, v. n. 4 l. 8 tit. 12 p. 5.—qualiter aget contra plures fidejussores, quos pro debito suo accepit, si scit unum non esse solvendo, ibi n. 5.—quid facere debeat, si aliqui ex fidejussoribus sint absentes,

an tunc si locus divisioni inter ipsos, vel præsentēs in solidum convenire possit, per dict. n. 5 ad fin.—non debet prius agere contra fidejussorem, sed discussio principalis; et quid si fidejussor de hoc non opponat, n. 1 et 2 l. 9 ibi.—Et qualiter agens contra fidejussorem se habere debeat, ut sitei aperta via agendi contra fidejussorem dict. n. 2.—Creditor si à debitore pignus acceperit, si postea fidejussorem velit convenire, an fidejussor possit ei objicere quòd prius vendat pignus, quod habet, n. 5 dict. l. 9 tit. 12 part. 5.—debet actionem suam fidejussori solvendi sibi debitum dare, tam contra principalem, quàm contra confidejussores, n. 2 l. 11 ibidem.—tenetur cedere actiones omnes suas, quas habet contra debitorem, suo fidejussori solvendi pro eo, et quando obstat ei exceptio cedendarum, ibi n. 5.—Et an hæc exceptio cedendarum opponatur etiamsi fidejussor sit obligatus per instrumentum guarentigium, et qualiter hoc procedat, dict. n. 5.—Et quid si fidejussor velit renuntiare huic beneficio cedendarum, an possit, ibidem ad fin.—Creditor an fidejussori solvendi sibi debeat cedere omne jus, quod est apud eum, et sic concessio fieri debet in solidum, ibidem n. 5.—si sit negligens in conveniendō fidejussorem, ut reum, quem in judicio sistere promisit sine adjectione termini, illum sistat, an elapso triennio fidejussor à fidejussione liberetur, et quando, et in quibus, n. 5 et 6 l. 19 tit. 12 part. 5.—an possit uti jurisdictione in castro sibi pignorado, n. 2 l. 2 tit. 13 part. 5.—compensare tenetur fructus, quos ex re pignorata percepit, et an teneatur de fructibus percipiendis, vel qui percipi potuerant, ibi n. 3.—an possit uti fructibus rei pignoratæ, et eos convertere in usum suum, vel vendere, ut compenset in sortem, ibi n. 4.—an possit compellere debitorem suum, ut sibi serviat pro debito, et qualiter hoc fiat, n. 4 l. 5 tit. 13 part. 5.—Et an creditori detur hypothecaria contra tertium, quando ejus debitor ei obligavit rem alienam illius, scilicet, tertii, n. 4 l. 7 ibidem.—Creditor primus, cui res fuit in pignus data, an præferatur secundo, cui etiam obligata fuit, gloss. l. 10 ibid.—si propria auctoritate occupaverit rem debitoris sui, an cadat à jure totius debiti, n. 5 l. 11 ibidem, et gloss. l. 14 tit. 14 part. 5, et gloss. l. 14 tit. 10 part. 7.—an possit debitorem fugientem cum re vel pecunia sibi debita, detinere propria auctoritate, quando copia judicis haberi potest, ibidem in dict. n. 7 dict. l. 11.—an possit propria auctoritate capere debentem sibi annum redditum, et quando, ibidem.—si fecerit violentiam in rebus fidejussoris, an cadat à jure suo, dict. n. 5 ad fin. ibidem.—Et an super amissione hujus juris creditoris requiratur sententia, ibidem in fin.—Creditor non potest cum re sibi pignorata remanere etiam præcedente pacto, ut si ad certam diem debitor non redimisset, cum eo remaneret, et quando sic, n. 1 l. 12 tit. 15 part. 5.—cui fuit obligatum pignus, si ante ipsius traditionem per debitorem alio fuerit datum, quod jus competat isto primo creditori, et an, et quando debeat prius fieri discussio contra debitorem, n. 5 l. 14 tit. 13 part. 5.—an possit prohibere debitorem, ne cadat sylvam sibi obligatam, n. 2 l. 15 ibi.—si in re pignorata

sibi faciat meliorationes, an sibi solvi debeant, n. 5 et 5 ibi.—an possit agere actione hypothecaria ad fructus rei pignoratæ nondum sibi traditæ, n. 2 l. 16 ibidem.—qui sub pignore nummos dedit sub conditione vel ad tempus, ante conditionem, vel ante tempus petere non possit, et quando sic, gloss. l. 17 ibi.—si petat pignus à tertio, et ipse tenens neget, quid tunc creditor probare teneatur, ut pignus recuperare possit; et quando non sufficiat probare de possessione debitoris tantum, nisi probet dominium ipsius debitoris, n. 1 l. 18 ibi.—restituere tenetur debitori illud, quod plus debito percipit actione pignoratitia, n. 3 l. 19 ibidem.—Quod tamen non procedet si ultra debitum creditor aliud damnum sentiret, quia tunc illud plus retinere poterit, ibid.—Creditor an possit uti re pignorata ad usum destinatum, et per dominum consuetam, num. 2 l. 20 ibidem.—an possit cadere sylvam solitam cædi vel perficere ædificium cœptum per dominum, ibidem.—si utatur re pignorata, et postea talis res sine dolo et culpa ipsius perdat, an ad damnum teneatur, ibi n. 4.—probato casu fortuito liberatur à præstatione pignoris, et consequetur debitum, n. 7 dict. l. 20 per illum text. ibi.—petere potest necdum expensas necessarias, sed etiam utiles, n. 2 l. 21 ibidem.—qui inhabitavit domum pignoratam, an ad solitam pensionem teneatur, et quando, n. 4 dict. l. 21.—cui debitum est solum, tenetur pignoratitia, et statim rem sibi pignoratam debet restituere, quomodocumque res pignorata ad eum pervenerit, n. 6 dict. l. 21.—Et an idem sit dicendum in pignore prætorio, ibidem.—Creditor an possit retinere pignus, quod recipit à debitore pro alio credito, quod sine pignore eidem mutuavit debitori, donec utrumque creditum sibi solvatur, et quando non, n. 4 l. 22 per text. ibi, tit. 15 part. 5.—an pro secundo vel primo debito possit vendere pignus, dict. num. 4 in princ. et quid si vendat, ibidem.—si fecit remissionem debiti, quod erat sub pignore, an per hoc videatur, renuntiasse juri retentionis pro secundo debito, quod sine pignore sibi debebatur, dict. n. 4 in princip.—an retinere possit, quando per sententiam fuit restituere condemnatus, si ante sententiam fuit de hac exceptione oppositum, dict. n. 4.—Et an fiscus propter tributa præferatur cuiusque creditori, n. 2 in fin. l. 25 ibi.—Creditor primus, an præferatur secundo in retentione pignoris, et quando, n. 1 et 5 l. 27, et n. 1 l. 28 per text. ibi, t. 15 part. 5.—Et an etiam in bonis postea acquisitis præferatur prior ex generali hypotheca bonorum, ibidem.—Et quid si res hypothecata sit perempta, an creditor agere possit ad pretium redactum ex illa re vendita, ibi.—Creditor secundus si distrahat rem sciente primo, et non contradicente, an primus perdat jus suum, n. 1 ad finem.—Et quid se pecunia à primo creditore non esset realiter data, sed tantum confessata, ibidem in fin.—Et an fiscus vel mulier cæteris creditoribus præferatur, si anterior si tempore, etiamsi crediderunt in refectioem rei, n. 5 et 4 l. 29, et n. 4 l. 50 ibi.—Creditor primus, vel secundus, quis in pignore præferatur, quando unus vel ambo per scripturam privatam, vel publicam, vel unus per publicam, alius per privatam ostendit jus

suum, n. 3 l. 31 ibi.—Et quis si primus creditor probet per duos testes deponentes de ipsa veritate rei, an tunc iste primus creditor secundo habenti instrumentum publicum pro se præferatur, ibi n. 5.—Creditor, cui sub conditione pignus à debitore datum fuit, an si illa pendente idem debitor alii pignoraverit, an impleta conditione primus creditor præferatur secundo, n. 1 l. 52 per text. ibi, tit. 15 part. 5.—Creditores habentes tacitas hypothecas, licet sint tempore anteriores, non tamen præferuntur mulieri pro dote, neque fisco pro debito suo, per n. 3 l. 55 ibid.—Et quid in bonis postea acquisitis, ibidem n. 4.—Creditor si in aliquo casu præferatur fisco, an tunc fiscus possit vendere hypothecam, et satisfacere primis, et reliquum sibi retinere, dict. n. 5.—mulieris, an habeat ipsa privilegia, quæ ipsa mulier in recuperatione suæ dotis, ibi n. 6 dict. l. 55.—tertius quando præferatur secundo, n. 1 cum aliis ibi, l. 54 per text. ibi, tit. 15 part. 5.—quando habeat jus offerendi contra primum, secundum, vel tertium creditorem, vel contra uxorem soluto matrimonio offerendo ei dotem; etiam quando uxor illud petit propter vergentiam viri ad inopiam, n. 2 l. 54 ibidem.—Et quanto tempore præscribatur huic juri offerendi, ibidem.—Creditor an pignus sibi datum possit ultra tertiam vicem pignorare, et quando voluerit, n. 1 l. 55 ibid.—an possit vendere pignus, quando posset sibi solvere dando pignus pignori, ibidem.—tenetur reddere pignus soluto sibi debito, n. 2 l. 55 per text. ibi supra dict.—qui habet servum alicujus pro pignore, si eo præsentate dominus illum manumittat, an manumissio teneat, licet creditor minor sit, n. 3 l. 57 ibi.—Et an ipse creditor ex tali actu amittat debitum, et illum retinere videatur, ibi num. 4 per text. ibidem.—Creditor si nolit debitum recipere cum sibi offertur à debitore, resolvitur jus pignoris, et quando, gloss. l. 58 ibidem per illum text.—Et an creditore nolente possit fieri executio sententiæ in pignore sibi dato, et quando, n. 5 et 6 dict. l. 58.—Creditor vendere pignus non potest cogi, et tamen ostendere ipsum tenetur, ibidem n. 7.—cui pignus dari promissum fuit, intra quantum tempus illud petere debeat, ut pignoris obligatio non extinguatur, n. 1 l. 59 ibi.—si debitori suo pignus reddiderit, an videatur remittere jus, quod habet in pignore, et quid si instrumentum debiti cancellavit, vel illud penes debitorem invenitur, gloss. l. 40 per text. ibi, tit. 15 part. 5, et n. 3 l. 9 tit. 14 part. 5.—si vendere velit pignus an illud prius debitori denunciare teneatur, et quando, et an per pactum possit fieri, ut sibi vendere liceat elapso die sine aliqua denuntiatione, n. 2 et 3 l. 41 ibidem, et n. 4 l. 48 ibi.—Et an sufficiat denunciare quod sibi solvat, vel etiam quod vult rem pignoratam vendere, ibi n. 3 d. l. 41.—Creditor quando potest vendere pignus, illud in publica subhastione facere debet, non in occulto, ibid. n. 6.—an possit vendere pignus quando sibi datum fuit sine præfinitione dei, et quantum tempus debeat expectare, sive res pignori data mobilis, sive immobilis sit, n. 3 l. 42 ibidem per illum text. ibi.—Et quid si inter ipsum et debitorem fuit pactum de vendendo in certo loco, vel certa quantitate, ibidem n. 4.

—Creditor quando non possit vendere pignus, nisi tria monitione præmissa, num. 5 dict. l. 42.—an possit vendere pignus, et habere fidem de pretio, et quando non, n. 3 l. 45 tit. 15 part. 5.—an possit pignus sibi ipsi obligatum emere, et quid si pignus vendat fidejussori, gloss. l. 44 ibi per illum text.—si venderet pignus extraneo, an tunc secundo possit agere hypothecaria, et habeat jus offerendi emptori, n. 2 l. 46 ibi.—Sed an secundo creditor tuncetiam fructus evincet, ibidem n. 3.—Creditor si vendat pignus minoris, etiam quando inter ipsum et minorem fuit factum pactum, ut vendere possit si ad diem non solverit, an tunc minor possit restitui adversus hanc venditionem, et quando, gloss. l. 47 ibi per illum text.—si ex pacto cum debitore convenit, ut elapso certo termino pignus vendere possit, si vendiderit, an debitor justè impeditus possit se restituere, et rem recuperare, n. 4 dict. l. 47.—tenetur actione pignoratitia, si pignus vendiderit contra legis formam, si sit ab emptore usucapta, n. 9 l. 48 ibi.—si fraudulenter rem sibi pignoratam vendiderit alicui, an debitor illum convenire possit ad damnum et interesse, licet creditor haberet vendendi facultatem; et quid si emptor particeps sit doli, n. 1 l. 49 ibi per text.—vendens pignus quando de evictione teneatur, n. 4 cum aliis ibi, l. 50 tit. 15 part. 5 ibi per illum text.—si rem pignoratam vendiderit simpliciter, an ut suam vendidisse credatur, n. 5 ibidem.—vendens rem pignoratam alicui, debet ei cedere jura personalia contra debitorem, et contrariam pignoratitiam actionem, ibi n. 4.—si non habens jus vendendi, neque potuit ad hoc ex justa causa moveri, si vendat pignus, et illud ab emptore evincatur, an ipse vel debitor de evictione teneatur, ibidem n. 5.—simpliciter vendens non intelligitur se ad evictionem obligare, imò contra, ibidem in n. 6.—si cum pignus venderet, duplam nomine evictionis promisit, an evicta re ipse agere possit contraria pignoratitia ad istam duplam contra debitorem, dict. num. 6 dict. l. 50.—quando de evictione promisit, debet ei cavere de indemnitate per debitorem, ibidem.—si non efficiatur perfectè dominus rei, debitor non liberatur, n. 4 l. 2 tit. 14 part. 5.—unum pro alio recipere non cogitur, et quando sic, n. 1, 2 et 3 l. 5 per text. ibi t. 14 part. 5.—Et quid si à principio intervenit juramentum, an tunc debeat servari, nec unum pro alio solvi possit, etiam quando in aliquo casu potest, dict. n. 2.—Creditor si non invenitur per debitorem, ut debitum illi solvat, an liberetur consignatione vel obligatione, et quando talis consignatio necessaria non sit; et alia in hoc vide per n. 4 l. 8 per text. ibi, tit. 14 part. 5.—si debitori suo jusjurandum detulerit, an tunc debitor liberetur ipso jure, vel ope exceptionis, n. 3 l. 9 ibi.—Creditores si sint plures unius debitoris, quibus ex eis prius solutio facienda sit, et quis in hoc sit privilegiatus, gloss. l. 11 et l. 12 per text. ibi, tit. 4 part. 5.—Creditor si propria auctoritate jus sibi dicat, an debitum perdat, et quando non, gloss. l. 11 tit. 15, et gloss. l. 14 tit. 14 part. 5.—Et quid in hoc operetur consuetudo, sive pactum contrahentium, n. 4 et 5 dict. l. 14.—Et quid si ille, qui potest pignus propria auctoritate capere virtute pacti,

vadat ad judicem, dict. n. 4.—Creditor si liberavit mulierem in se alienam obligationem animo novandi suscipientem, an per hoc primus debitor liberetur, n. 3 l. 17 tit. 14 part. 5.—amittit jus quod habet, si ad novationem faciendam pupillum susciperet sine tutoris sui auctoritate, gloss. l. 18 ibi per illum text.—Et quid si debitor dicit se indebitè solvisse, an ipse vel creditor illud probare teneatur, num. 1 l. 29 tit. 14 part. 5.—Creditor si per transactionem aliquid debitori suo dederit, an ab ipso illud repeti possit, et quando, n. 2 et 3 l. 54 ibi.—Et quid si ibidem aliquid dolosè fecit, dict. n. 5.—Creditor si debitorem liberaverit ea conditione, ut aliquid faciat, si postea nolit facere, est in electione creditoris illum compellere ad factum, vel petere primum debitum, gloss. l. 41 per text. ibi, tit. 14 part. 5.—Et an creditore invito debitor admittatur ad cessionem bonorum, n. 3 l. 1 tit. 15 part. 5.—Creditor quod jus habeat in bonis debitoris sui cedentis, gloss. l. 1 et 2 t. 15 part. 5.—Et an cessio debitoris prosit quoad creditores conditionales, n. 1 l. 5 ibidem.—Creditores quando non possunt debitorem qui ad pinguorem fortunam pervenit, convenire, n. 3 ibid.—Creditoribus non instantibus debitor cedens bonis carcerari non debet, n. 2 l. 4 ibi.—Creditores debent vocari et simul conveniri, quando debitor ab eis dilationem habere vult, et qui cæteris præferantur, et quando, per n. 1 l. 5 tit. 15 part. 5.—si nolunt quòd debitor cedat bonis, et volunt sibi dare dilationem si debitor cedere velit, et nolit dilationem, an audiatur, n. 2 dict. l. 5.—qualem dilationem debitori dari possunt, num. 3 l. 5 tit. 15 part. 5.—si concesserunt debitori dilationem ad solvendum, si postea debitor velit cedere bonis, an admittatur ipsis contradicentibus, num. 4 dict. l. 5.—Et an cum creditores illi concesserunt dilationem, debitor satisfacere teneatur de solvendo intra tempus dilationis, dict. n. 4.—Creditores si ad petitionem debitoris partem debiti velint remittere, qualiter hoc fieri debet; et an absentes sint citandi, et quid si aliqui habebant hypothecam, vel pignus, gloss. l. 6 tit. 15 part. 5.—qualiter subveniantur, quando fuerunt damnati per debitorem vendentem res suas, gloss. l. 7 et 8 cum aliis glossis, et legibus ibi, tit. 15 part. 5.—petere possunt, ut debitor, qui in ipsorum fraudem alienavit res suas, detrudatur in carcerem quousque revelet eos, in quos alienavit, n. 1 in fin. dict. l. 7.—an admittantur ad revocationem alienationis à debitore factæ in ipsorum fraudem ante sententiam judicis, numero 3 dict. l. 7 tit. 15 part. 5.—an admittantur dicentes debitorem in ipsorum fraudem alienare, quando omnia bona, vel majorem partem, simul vel minuatim alienat, n. 4 dict. l. 7 tit. 15 part. 5.—intra quantum tempus debeant petere revocationem rerum à debitore alienatarum, et an annus qui datur, sit utilis, n. 6 ibid. per illum text.—an possint revocare alienationem à debitore suo factam, sive in vita, sive tempore mortis, sive sit, vel esse præsumatur in creditorum fraudem, n. 7 dict. l. 7 per text. ibi.—quando non possint alienationem debitoris revocare, n. 9 cum aliis ibi, dict. l. 7.—si sint plures unius debitoris, si unus ex eis missus sit in possessionem, an talis missio cæteris creditoribus

prosit, et quando, n. 1 l. 9 t. 15 p. 5.—Et an procedat, sive immisio fiat in pignore prætorio, vel ex causa judicati, ibid.—Et an talis missus in possessionem ex causa judicati possideat rem in quam missus fuit, ibidem.—Creditores unius, si sint in possessionem missi, an tunc debitor possit uni eorum solvere cæteris exclusis, ibid.—Et quid si nullus adhuc sit in possessionem missus, an debitor possit, cui velit, solvere, d. n. 1 et 3 cum aliis ibi per illum text.—Et an debitor possit eligere cui ex creditoribus velit solvere, et sit gratificationi locus, et quando, n. 2 dict. l. 9.—Creditor, an et quando propria auctoritate debitorem fugientem capere possit, n. 1 cum aliis ibi, l. 10 per illum text.—Et an ante diem, et quid si illum vulneravit, vel si fuga sit in promptu, sed non in actu, dict. n. 1.—Et an quilibet de populo possit capere debitorem publicum fugientem, et quid in colonis, vel ascriptitiis, ibidem.—Et quid si debitor se defendat, vel sit clericus, et an idem sit in debitore large, prout est ille qui conveniri potest actione reali, ibidem.—Creditor quando propria auctoritate capit debitorem fugientem, debet res captas cum eo judici præsentare, ibi num. 2.—quod jus habeat in bonis ab ipso captis cum debitore suo fugiente, n. 3 ibi per illum text.—Creditores possunt res à debitore suo alienatas in alium fraudulenter revocare cum fructibus, et quales, et à quo tempore, et quid de expensis ab emptore factis, gloss. l. 11 per text. ibi, tit. 15 part. 5.—Et an liberatio, sive quitatio, à debitore facta in fraudem creditorum revocetur, et quid in fidejussore ipsius, gloss. l. 12 per text. ibi, tit. 15 part. 5.—Creditores an sint citandi, quando hæres inventarium facere vult, n. 7 et 8 l. 5 per text. ibi, tit. 6 part. 6.—Et quid si uni ex eis citentur, alii verò non, et an generalis citatio sufficiat, dict. n. 8 dict. l. 5.—Et an ex defectu talis citationis vitietur inventarium, licet hæres fideliter confecerit, ibidem.—Creditores, sive præsentés sint tempore confectionis inventarii, sive absentes sint, semper admittentur, si velint probare inventarium dolosè, et fraudulenter fuisse confectum ab hærede, n. 2 l. 6 ibi.—hæreditarii an possint hæredem convenire durante tempore confectionis inventarii, et quando sic, n. 1 et 2 l. 7 ibi per illum text.—an, si ab hærede debitum consequantur, tuti sint, an verò cum aliis creditoribus communicare teneantur, saltem quando sunt ejusdem temporis; an verò alii creditores possunt retractare solutiones aliis creditoribus factas, n. 9 dict. l. 7.—an habeant recursum contra emptores rerum hæreditarium, quando hæres vendidit, dict. n. 9 in fin.—an et quando habebunt recursum contra hæredem adversus quartam falcidiam, quam retinet, et non contra legatarios, quibus legata jam soluta fuerunt per hæredem, ibid. in n. 10.—prius debita sua habere debent, quam legata legatariis solvantur, n. 11 et 12 l. 7 per text. ibi, tit. 6 part. 6.—asserentes plus non remansisse in hæreditate defuncti, quam quod hæres asserit, an hoc non obstantè ipse hæres ultra vires hæreditarias teneatur, si non fecit inventarium, et quid in foro conscientiæ, n. 2 l. 10 ibid.—defuncti, an etiam agere possint contra filium qui non fecit inventarium, etiamsi vires hæreditariæ non